

memor eris“³, et illud esse implendum „Ubi habundavit peccatum, similiter habundavit gracia“⁴.

<3>Vidi enim mentis intuitu⁵ filium Dei et matrem ipsius stantes in adiutorium fidelibus contra peccata et contra dominium paganorum in Terra Sancta intellexique peccata generalis ecclesie causam esse detentionis eiusdem terre sub manibus paganorum et primo omnium contra ipsa peccata esse agendum^c. <4>Quod si fiat, ut hic consulitur, tercio anno ipsam terram cum gloria magna, cum crucis scilicet receptione et gentium conversione esse rehabendam^d. <5>Non enim oblitus est Deus, ut intellexi, longi temporis oracionum, quas fecit ecclesia in presentia^e reverendi corporis sui, vel aliarum, que alias facte sunt, sed dampna preterita cum insperata leticia recompensabit, si predicatum et factum fuerit^f a fidelibus, quod dicemus⁶.

<6>Ammonendi sunt fideles⁷ a predicatoribus crucis, maxime ut, quicumque bone conversationis sunt, contra proximorum suorum peccata laborare debeant oracionibus et operibus bonis et ad minus tres cotidie venias faciant in honorem et reverentiam sancte Trinitatis totidemque oraciones dominicas dicant et aliquid elemosinarum (qui⁸ possunt, plus solito) faciant seu aliorum bonorum, ut Deus peccata hominum^h, qui in ecclesia sunt et nos impediunt, amovere dignetur. <7>Qui vero elemosinam dare non possunt, quinque venias faciant et quinque oraciones dominicas dicant in honorem dominice passionis. <8>Et si quis super erogaverit, retribuetur ei⁸.

<9>Hec autem si non neglecta fuerint, sed pie ac perseveranter acta, prevalente divina clemencia hec sequentur. <10>Sicut boni adjuvant

c) Zwischen den beiden Wörtern esse agendum ist der Buchstabe c getilgt, zudem wurde der erste Buchstabe des Wortes agendum korrigiert. d) Gedanklich zu ergänzen: intellexi (siehe Satz 3). e) Davor gestrichen: precea (mit Kürzungsstrich). f) Über der Zeile ergänzt. g) Nach Korrektur: Der Schreiber hat ursprünglich mit einem p begonnen (dem Beginn des folgenden Wortes possunt), den Buchstaben dann jedoch zu q verändert. h) Am Rand ergänzt.

3) Vgl. *Cantus-Index* (www.cantusindex.org), Nr. g00928, g02429b, g02458: in eo, dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiae memor eris; zitiert auch bei Augustinus, *civ.* 18,32; beruhend auf Hab. 3,2: cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.

4) Rom. 5,20: Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

5) Vgl. Boethius, *cons.* 5,6,24 u. ö.: mentis intuitu.

6) Vgl. 48: [...] si predicatum fuerit, quod diximus, conservatum.

7) Gängige Formel; vgl. z. B. Burchard von Worms, *Decr.* 2,74: Admonendi sunt fideles sanctae Dei Ecclesiae filii [...].

8) Vgl. Prov. 12,14 u. Rom. 11,35: [...] retribuetur ei.